

ideò expedit ut Jeroboami uxor habitum assumeret alienum, ne minùs tractaretur honestè, quàm regium nomen et dignitatem deceret.

QUA CALIGAVERANT OCULI EJUS P.R.E. SENECTUTE. Cæcitas quæ non ex morbo aliquo sed ex ætate provenit, satis indicat senectutem esse gravem, et ætatem longiùs esse progressam : unde supra colligebamus quàm plurimùm intercessisse temporis inter prophetam occisum à leone, et inter Ahiam Silonitem à Jeroboamo consultum. Reliqua ad v. 10, operam interpretis non desiderant. Tantùm enim, quò plus habeat acerbitalis reprehensio, collata à Deo in Jeroboamum commemorantur beneficia, et exprobratur ingratus animus, et usque adeò meritorum immemor et privatæ commoditatis amans, ut abjuratâ patriâ religione ac fide pro gratis quas rependere debuit, gravem et ad illud usque tempus inauditam retulerit injuriam. (1)

VERS. 10. — ET PERCISSIAM DE JEROBOAM MINGENTEM AD PARIETEM, ET CLAUSUM ET NOVISSIMUM

(1) VERS. 6. — EGO AUTEM MISSUS SUM AD TE DURUS NUNTIUS, ut denuntiem filium, pro quo me consulis, moriturum et alias longè majores clades Dei jussu infligam, quia Jeroboam Deo fuit durus et refractarius; duro autem nodo durus querendus est cuneus. (Corn. à Lap.)

VERS. 9. — FECISTI TIBI DEOS ALIENOS. Ita appellat aureos vitulos, quos populus veluti numina venerabatur supremo cultu, qualis non nisi verum Deum decet. (Calmet.)

Vous avez fait plus de mal que tous ceux qui ont été avant vous, etc. Un savant homme (Estius) nous fait remarquer que la raison pour laquelle Dieu reprocha à Jéroboam d'avoir fait lui seul plus de mal que tous les autres, était que non seulement il avait abandonné, comme plusieurs, le culte de la véritable religion, mais qu'il avait travaillé, par un artifice et par une politique détestable, à le faire abandonner en même temps à tout le peuple; ce qu'on a fait voir auparavant être un crime sans comparaison plus noir que celui de Salomon, que l'amour des femmes avait emporté et fait passer dans l'idolâtrie. Qui peut, en effet, pénétrer toute la profondeur de la malice d'un péché tel qu'était celui de ce prince, qui, après avoir été élevé sur le trône de Salomon par un pur effet de la volonté de Dieu, qu'il a reconnu lui-même, ne pensa plus qu'à s'assurer son royaume par la ruine de la véritable religion du Dieu de qui il avait reçu sa couronne? Mais qu'il n'est que trop ordinaire de voir encore renouveler parmi nous en quelque sorte le crime de Jéroboam, lorsqu'au lieu de faire servir à l'accroissement de la gloire de notre Dieu les différents dons de sa grâce qu'il a répandus sur nous, nous nous en servons, au contraire, pour nous élever contre lui, sinon par une idolâtrie extérieure et visible, au moins par celle d'un orgueil secret et d'une complaisance criminelle, voulant rapporter à nous-mêmes toute la gloire qui n'est due qu'à celui-là seul qui est nommé le Très-Haut! (Sacy.)

IN ISRAEL. Quid sit, *mingens ad parietem*, diximus lib. 1 Reg. cap. 21, v. 22, ad eadem propè verba : est enim descriptio canis, qui quo modo ab Hebræis, sic etiam ab Hispanis appellatur, *mastim*. Ibi ostendimus proverbialem esse formam, quâ significamus nihil ex alicujus opibus, seu familiâ futurum esse reliquum. In quo dicendi modo, sicut in aliis, qui attexuntur, quique eodem spectant, sicut in aliis proverbiorum formis, aliquid inest hyperbolicum.

Quod statim subditur difficilius est, et sine dubio proverbiale, quia et sæpiùs usurpatur in Scripturâ, et verba ipsa Hebraica cum paria sint, et similiter cadentia, et sono quàm simillima, satis ostendunt vulgari sermone fuisse familiaria. Sic autem Hebr., *asur vaasub*, quorum alterum, *clausum* significat, alterum, *derelictum*. Vulgatus hæc verba eodem modo conjuncta, non eodem semper modo conjungit. Hoc enim loco, *clausum* et *novissimum* reddidit, ut vides. Sicut etiam lib. 4, cap. 9, vers. 18, c. 21, v. 21, *clausum* et *ultimum*; lib. 4, cap. 14, v. 26, *clausos carcere et extremos*; Deuteron. 32, v. 36, *clausi et residui*. Quid hæc verba valeant nemo dubitat, neque aliud significant, quàm nihil ex totâ possessione, aut domo quantumcumque vile, seu pretiosum fuerit, quantumcumque custoditum et clausum, sive derelictum et abjectum, fore à prædatione, seu ab exitio reliquum. Hoc certum et notum; illud obscurum, undenam fuerit desumpta metaphora. Mihi videbatur sumpta fuisse è re pecuariâ, ubi agni, v. g., et hædi aut clauduntur domi, aut certè non procul à domo abire permittuntur, ut sub vesperum claudantur, aut domi, aut intra septa, ubi fidei canum pastorumque custodia servantur. Sanè tenerum pecus noctu contineri domi, et nostris temporibus fieri videmus, et antiquis factum esse legimus. Imbecillum namque pecus, quod matres in pascuis assequi non valet, aut domi relinquitur, aut separatim non procul à domo pascitur, interdum à puellis, quibus propter juvenilem petulantiam à domo longiusculè recedere tutum non est. Sic sanè Theocritus Idyl. 5, et ex eo Virg. eclog. 7

Quid facerem? neque ego Alcippem, neque Phyllida habebam,

Depulsos à lacte domi quæ clauderet agnos.

Quod, credo, munus obibat Rachel, Gen. 29, et filiæ Jethro sacerdotis Madian, Exod. 2, quas patres viri honesti non paterentur abesse longiùs à suburbanis, unde domum faciliè te-

nerum pecus nocte jam impendente reducerent. Si hinc metaphoram deducas, sensus est facilis, eam futuram stragem, ut nihil maneat à periculo liberum, sive domi servatum et clausum, sive in agro derelictum, et extra claustra. Sicut cum gravis ingruit tempestas, et hyemis inclementia durior, neque tenerum pecus effugit mortem, quod domi clauditur, neque robustum et grandius, quod extra domum stabulatur in locis apertis. Hispanus hæc eadem sub eadem metaphorâ explicare solet, cum universalem stragem exprimere vult: *No ha que dado roso ni velloso*. Accedit quòd vox Hebraica *mastim*, quæ, sicut apud Hispanos *canem* significat pastorem, satis indicat rem hic notari pecuariam, quasi dicas, nihil è toto grege, neque canem quidem gregis custodem esse relinquendum.

Hæc mihi sententia omnium probaretur maximè, nisi viderem aliò incumbere frequentes alios, qui cum varias adducant expositiones, unam tamen, quæ magis est communis ac verisimilis, ex omnibus producam. Duo sunt honorum genera; altera quæ domi, altera quæ foris in agris possidemus. In illis numero pecunias, vasa, vestes, omnemque suppellectilem, atque ornamenta domestica; in his agros, armenta, rem denique totam pecuariam et rusticam: illa clauduntur domi, et quasi in dominorum sinu servantur, hæc in agris celorum inclementiæ, latronum et bestiarum injuriis relinquuntur exposita; utrisque dicitur imminere strages, sive à temporum injuriâ, sive ab hostili manu. In hanc sententiam, ut refert Pagninus in radice *Azab*, exposuit Rab. Josephus illud Deuter. 32, vers. 36: *Clausi quoque defecerunt, residuique consumpti sunt*. Hebr.: *עצור ועורב*: *Non erant opes, quæ domi clauduntur, neque pecudes, quæ in agro relinquuntur*. Sic sanè hunc locum exponit translatio Hispanica: *Lo tesaurizado, y lo dexado en el campo*. Cum autem parentum gratissima optimaque possessio filii sint, illi quoque hæc dicendi formâ auferendi dicuntur, quorum illi qui ita teneri sunt aut delicati aut imbecilli, ut externa curare non possint, continentur domi, vocarique possunt clausi, quia à parentum aspectu aut etiam complexu non recedunt; illi verò, qui foris agunt, relictici dicuntur, quia suis jam nituntur viribus, neque parentum sunt alligati custodia, quo modo pulli cum adhuc implumes et molliculi sunt, continentur et clauduntur in nidulis, ubi parentum curâ sustentantur; cum autem ætate

plumarum aliquid et roboris accessit, relinquuntur à patribus, et suâ se sustentant ac moderantur industriâ. Hi porrò etiam novissimi aut ultimi vocari non immeritò possunt, quia quod ad parentum attinet curam et indulgentiam, novissimo loco sunt. Denique hæc metaphorâ significatur pretiosissimum quodque atque vilissimum, quod quoquo modo pertineat ad Jeroboamum, fore perendum. Hujusmodi aliæ proverbiales formæ, quæ significant nihil futurum esse reliquum, in Scripturâ sacrâ reperiuntur, quarum aliquas adduximus Isai. cap. 9, v. 14: *Caput et caudam, incurvantem et refrenantem*, quod aliqui in eadem sententiam ita legunt: *Ranum et juncum*. Quibus verbis indicat propheta summis atque infirmis, robustis atque tenuibus vastitatem indici.

ET MUNDABO RELIQUIAS DOMUS JEROBOAM, SICUT MUNDARI SOLET FIMUS USQUE AD PURUM (1). Ex tantâ domo, quam Jeroboamus sibi ex decem

(1) Syriacus et Arabs aliter exponunt: *Quemadmodum racemantur vites vineæ, absolutâ vindemiâ*. Rabbiorum quidam: *Ceu turbo omnia, in quæ incidit, abripiens*; vel: *Ceu dens, qui escas conterit usque ad extremam contritionem*. (Calmet.)

VERS. 10. — *Je nettoierai tous les restes de la maison de Jéroboam, comme on a accoutumé de nettoyer le fumier, jusqu'à ce qu'il n'en reste aucune trace*. Cette expression, quoique basse en apparence, est très-digne de la majesté de Dieu. Car c'est de même que s'il nous disait que toute la gloire des plus grands princes du monde est devant lui comme de l'ordure et du fumier, lorsqu'ils imitent l'impie de Jéroboam. Nous voyons dans l'Écriture que les prières des saints montent devant Dieu, et qu'elles sont accompagnées de parfums, lorsqu'elles s'élèvent jusqu'à lui. Mais nous y voyons aussi que l'orgueil de ceux qui le haïssent monte toujours, et il monte comme une vapeur détestable dont l'impureté est en horreur à celui qui ne regarde que les humbles. L'impie de Jéroboam et de toute sa famille était donc comme un fumier d'une horrible puanteur, que Dieu devait nettoyer par un effet rigoureux de sa justice, en exterminant cette maison, et n'en laissant aucune trace. (Sacy.)

VERS. 11. — QUI MORTUI FUERINT IN CIVITATE, COMEDENT EOS CANES; sub dio projecti jacebunt, sepulturâ asini sepelientur, ut alibi Scriptura loquitur. (Calmet.)

VERS. 12. — IN IPSO INTROITU PEDUM TUORUM IN URBEM MORIETUR PUER, ut pateat à Deo per me mortem filio intentatam et immissam, ob tua et tui mariti idola, ideòque gravius doleatis, quòd vestri filii fueritis quasi parricidæ. Sic Valens imperator morbum filio suo ob Arianismum immissum depulit per preces S. Basilii; at mox vocans Arianos ad eum visendum, eumdem perdidit.

VERS. — 13. ILLE ENIM SOLUS INFERETUR DE

tribubus extruxerat, nullas dicit futuras esse reliquias. Quod quidem ita contigit, ut habes sequenti capite, vers. 29, ubi sic de Bassa: *Percussit omnem domum Jeroboam, non dimisit ne unam quidem animam de semine ejus, donec deleret eum.* In metaphora autem fimi seu stercoreis, duo ego, quæ ad rem maximè faciunt, invenio. Alterum est Jeroboamum, qui valdè sibi in regia potestate et nomine placebat, quia religionem abjuraverat patriam, et magnam hominum multitudinem ad illam impietatem adduxerat, eodem apud Deum esse loco, quo sterces et fimus. Et sanè pluris æstimari non debent, qui quantumcumque regio nomine ac majestate conspicui suo potiùs genio ac studiis obsequuntur, quam divinæ serviunt voluntati ac gloriæ. Tales ergo reges à regno atque à vitâ movet, quasi quis fimum, qui graviter olet et indecorè fœdat, à domo rejicit. Quod viri potentes, quique aliis præsent, si minùs divina meditentur, illisque orandis atque promovendis studeant, de seipsis existimare debent, neque de se cogitare sublimiùs, quam de luto ac fimo, quod ab aliis cum fastidio atque horrore calcatur.

Alterum est, hæc dicendi formâ in Scripturâ non infrequenti, omnimodam atque universam significari stragem, quæ nihil omninò relinquit intactum. Sic Ezechiel cap. 26, v. 4, cum significare vellet extremam Tyri vastitatem, dixit: *Et radam pulverem ejus, et dabo eam in limpidiſſimam petram.* Isai. de Babylone, cap. 14: *Scopabo eam scopo terens.* Cumque alia plerumque ad summum neque eradi, neque converri soleant, quia in illis est aliquid, quod neque sit odoratum grave, neque ad aspectum fœdum, in fimo, quia utrumque tetrum habet et grave, ad extremum usque pulvisculum everri solet. Addo ad extremum in his videri speciem quamdam hypallages, in quâ adjuncto tribuitur, quod magis convenit subjecto. Sic Matth. 8, de leproso dicitur: *Statim mundata est lepra ejus, id est, mundatus est à leprâ.*

JEROBOAM IN SEPULCRUM, QUIA INVENTUS EST SUPER EO SERMO BONUS A DOMINO. Aliqui putant filium hunc aliquid boni gessisse, ob quod meruerit apud Deum sepulturam, v. g., quod fideles euntes in Jerusalem ad adorandum Deum in templo, ire permiserit. Ita Rabbin. Verùm filius hic erat puer, ut dictum est v. 12. Melius alii, non filii, sed alicujus domestici meritis id attribunt; hoc enim significat *id in domo Jeroboam, q. d.:* Aliqui è familiâ Jeroboam nonnulla bona fecerunt, ob quæ Deus eos remunerabitur hæc mercede, ut filius hic Jeroboam sepulturâ dignâ donetur. Ita Vatabl. (Corn. à Lap.)

Isai. 6: *Peccatum tuum mundabitur, id est, tu à peccato mundaberis.* Sic ergo mundandæ dicuntur reliquiæ Jeroboami, sicut mundatur fimus, id est, mundandum esse regnum à Jeroboami reliquiis, non aliter quam domus mundatur à fimo, cujus ab ancillâ sedulâ atque studiosâ munditiæ neque pulvisculus relinquitur in domo locuplete et lautâ.

VERS. 14. — CONSTITUIT AUTEM DOMINUS SIBI REGEM SUPER JERUSALEM, QUI PERCUTIAT DOMUM JEROBOAM IN HAC DIE ET IN HOC TEMPORE. Non diu stetit gloria domus Jeroboami, quia neque ille stetit diu in fide, quam servare integram Deo debuit. Ex usu Scripturæ id fieri dicitur, quod futurum est brevi. Quo modo Christus dixit Matth. c. 9, de filiâ archisynagogi: *Non est mortua puella, sed dormit,* quæ brevi erat à mortuis excitanda. Et Christus, Joan. 17, v. 10, dixit se jam non esse in mundo, quia citò in mundo futurus non erat. Hinc fit ut *hodie* aliquando sumatur pro tempore quod ab hoc die proximè abest. Ut Zachar. cap. 9, v. 12: *Hodie quoque annuntians duplicia reddam tibi.* Ubi diximus, quod antecessit proximè, aut non diu post futurum est, existimari præsens, et per *hodie*, aut similem aliam vocem explicari. Non percussit rex à Domino pro Jeroboamo constitutus illius domum eo die, in quo Jeroboami uxor accepit à propheta vaticinium hoc durum. Quia tamen brevi illud erat complendum, ut cap. 15, statim apparebit, idè eodem die dicitur habiturum exitum.

VERS. 15. — ET PERCUTIET DOMINUS DEUS ISRAEL, SICUT MOVERI SOLET ARUNDO IN AQUA, ET AVELLET ISRAEL DE TERRA BONA HAC (1). Duo hic propheta minatur Israeli, quia secutus est

(1) QUIA FECERUNT SIBI LUCOS, puta sylvas arboribus consitas, umbrosas, amœnas et nemorosas, in quibus, more gentium, sua colebant idola, quibus hosce lucos dicebant. Unde in comessando, inebriando, fornicando serviebant Baccho et Priapò, ut patet cap. 15, v. 15. Causas alias lucorum affert Plinius lib. 12, c. 1: *Hæc, ait, fuere quondam numinum templa, priscoque ritu simplicia rura; etiam nunc Deo præcellentem arborem dicant; nec magis auro fulgentia atque ebore simulacra, quam lucos et in iis silentia ipsa adoramus.* Arborum genera numinibus suis dicata, perpetuò servantur, uti Jovi esculus, Apollini laurus, Minervæ olea, Veneri myrtus, Herculi populus, quin et Sylvanos Faunosque et earum genera sylvis, ac sua numina non secus ac cœlo attributa credimus. Causas verò cur Deus lucos adeò venerit, recenset Philo, lib. de Monarch.: *Primò, inquit, quoniam verum Dei templum non amœnitas postulat, sed severam castimoniam; deinde quia non est fas illuc importare qua-*

Jeroboamum, et abjuratâ religione patriâ gentilicam professus (nam de fœdo ac brevi Jeroboami, et ipsius domus interitu jam actum fuerat). Alterum est diu futurum in perpetuo quodam metu, et ab hoste vicino atque etiam longiori variè vexatum; atque idè non levius agitated iri perturbatione ac metu, quam arundo concutitur aut carex seu juncus, qui in alveo nascitur torrentis, et magno impetu decurrentis aquæ, qui nunquam non movetur, quia vis ei semper adjungitur externa, quæ nec puncto temporis illum quietum esse patitur. Eadem aut certè non admodum diversâ similitudine expressit Isaias capite 7, metum, quo Achaz rex Juda cum populo toto commotus est, cum armatas contra se inimicorum acies imminere vidit: *Et commotum est cor ejus, et cor populi ejus, sicut moventur ligna sylvarum à facie venti.* Illud tantum est discrimen, quòd illic arundo ab undis, hic à ventis dicitur lignum in sylvis moveri. Alterum, ubi diu jactatus fuerit populus, quasi arundo à fluctibus et ventis, tandem à patriis finibus esse ad terras quàm longissimè dissitas abducendum, non secus atque quereus, ubi sæpè fuerit à lignatoris percussa securi, et suo sæpè pondere nutaverit, tandem à suo stipite abscissa, aut à vento vehementiùs incitato stirpitibus avulsa, aut foco destinatur, aut vile cogitur subire ministerium. Quomodo variis Assyriorum appulsi-bus è suis sedibus ad alienas translatus fuerit Israel, suis locis dicemus. (1)

faciunt ad virorem arborum, hoc est, brutorum et hominum excrementa; tertio quia sylvestris materiæ nullus est usus, cum sit, ut poeta loquuntur, *telluris inutile pondus.* Fructiferae autem arbores parùm cordatos et pios ab intentione animi, religioneque sacris debitâ retraherent. Præterea condensa sylvarum maleficiis conveniunt, ex latebris securitatem et insidiarum occasionem querentibus; at patentia et oculis exposita loca, quæ videri ab aliis, et videre alios possunt, sacris maximè apta sunt et accommodata. (Corn. à Lap.)

(1) **VERS. 16. — ET TRADET DOMINUS ISRAEL, hoc est, Israelem, puta decem tribus, in manus hostium, scilicet Assyriorum, propter peccata Jeroboam.** Nota hic quatuor plagas gravissimas, quibus Deus castigavit idolatriam publicam Jeroboam: primò enim prædicat filium ejus puerum moriturum; secundo, ipsum peritarum cum omnibus posteris, idque cum infamiâ, ut careant sepulturâ, atque à canibus et feris lanientur; tertio, regnum à Jeroboam ejusque familiâ ad alium regem transferendum; quartò totum populum in captivitate abducendum. (Corn. à Lap.)

QUI PECCAVIT, ET PECCARE FECIT ISRAEL. Fines-tæ criminum impiorum principum appendices.

VERS. 17. — ET VENIT IN THERSA. Jam Jeroboam excesserat ex Sichem, ubi rex à populo salutatus fuerat, postquam illam egregio opere munierat et abierat in Thersa, ubi stabilem Israelitici imperii sedem locaverat; ubi tandiù stetit, donec ab Amri ædificata Samaria, et ad illam regni sedes translata est, infra cap. 16, vers. 24 et 29. Fuisse autem Thersa civitatem amœnitatis eximiae, ex eo facile est conjectare, quia aliter non videbatur tanti imperii futura metropolis. Deinde, quia Cant. cap. 6, sponsæ pulchritudo cum Thersâ comparatur, quod sanè neque aptè neque prudenter fieret, nisi talem haberet venustatem et speciem, qualem eo loco meditatur sponsus. Ubi enim Vulgatus: *Pulchra es, amica mea, suavis,* Hebr. est, *sicut Thersa,* et ipsa docet nominis notatio deduci à radice *Ratsah,* quæ vellesignificat, *autplacere.* (1)

VERS. 20. — DIES AUTEM, QUIBUS REGNAVIT JEROBOAM, VIGINTI DUO ANNI SUNT, ET DORMIVIT CUM PATRIBUS SUIS, REGNAVITQUE NADAB FILIUS EJUS. Hæc per prolepsim dicta sunt, id est, ante illud tempus, in quo, quæ nunc dicuntur facta, contigerunt. Nam post hæc, ut habes cap. sequenti, bella gessit cum Abiâ, et regnum produxit usque ad annum primum regni Asa, qui tertius regnavit à Roboamo. Sed hic finire voluit sacer historicus, quæ pertinerent ad Jeroboamum, ut quod reliquum erat ex gestis Roboami, ad finem usque pertexeret.

VERS. 21. — (2) QUADRAGINTA ET UNIUS ANNI ERAT ROBOAM CUM REGNARE COEPISET, DECEM ET SEP-

Cæteros rapiunt in malum exemplo suo, atque in subditos justitiæ Dei severitatem provocant. Non ipsis unis pœna criminum suorum nocet, quemadmodum nec soli ipsi peccarunt. Scelus enim insinuant in populi animos, cæterosque corruptione suâ inficiunt. *Plus exemplo, quam peccato nocent.* Verissimè pronuntiat Lactantius: *Quoniam mores et vitia regis imitari genus obsequii judicatur, abjecerunt omnes pietatem, ne exprobrare scelus regis viderentur, si piè viverent.* (Calmet.)

(1) **VERS. 19. — RELIQUA AUTEM VERBORUM** (id est, factorum, est metonymia) **JEROBOAM, etc., SCRIPTA SUNT IN LIBRO VERBORUM** (factorum) **DIERUM REGUM ISRAEL,** puta in annalibus, chronicis et diariis, in quibus scribebantur gesta regum populique Israel per singulos dies. Aliqui putant hunc librum esse librum Paralipomen., sed errant, quia hic liber citatur in libro Paralip.; quare ante librum Paralipom. æquè ac ante libros Regum (nam in iis hic et alibi citatur) conscriptus est. Vide Abulens. præfem. in lib. Paralip. (Corn. à Lap.)

(2) **PORRO ROBOAM; finitis gestis Jeroboam primi regis Israel, transit ad gesta Roboam primi regis Juda.**

UT PONERET NOMEN SUUM IBI. *Nomen, id est, nominis sui cognitionem, fidem, cultum, ado-*